+

Ratio victus obseruanda in Seminario

Ordo victus quotidiani, qui seruatur cum Alumnis Seminarij

Ad prandium apponuntur tria fercula, et ad cœnam similiter, quorum communiter unum est cibi solidioris, alia duo pultium aut herbarum siue intestinorum

Die Domi:

Ad prandium primo datur aliquid carnium ouinarum aut vitulinarum 2° Caro bouina cum iusculo: 3° olera siue pisa apponuntur Ad cœnam datur primo nonnihil carniu bouinarum minutim scissarum in aceto: 2° Carnes assatæ bouinæ aut nonnunquã vitulinæ: 3° pultes cum lacte.

Feria 2a

Ad prandium dantur primo pultes ex auena: 2° Carnes bouinæ cum iusculo: 3° olera siue radices. Ad Cœnã primo offa ex iusculo Carnium: 2° Carnes bouinæ: 3° pedes bouini

Feria 3a

Ad prandium dantur primo pultes ex hordeo, siue ex[illegible]: 2 Carnes bouinæ: 3° pisa uel olera. Ad Cœnam primo Bigos, siue carnes minutæ cũ aceto: 2° Carnes bouinæ: 3° Rapæ siue pultes, ex panico uel alijs leguminib:

Feria 4ta

Ad Prandium primo aliquid butyri, siue iusculum ex pisis: 2 Pisces salsi siue sicciores cum butyro: 3° Pisces recentes cum aceto. Ad Cœnam primo Pisces cum butyro aut iusculo ex aromatib: 2° Pisces cum aceto: 3° pultes aut Fructus.

Feria 5ta

Ad Prandium et Cœnam dantur ea fere quæ die Dominico

Feria 6ta

Ad prandium 1o offa cereuisiaria, aut pultes densio,res: 2o Pisces cum iusculo flauo uel ex aroma,tib.: 3o Pisces cum aceto. Vesperi datur tantū unum ferculū ex piscib.

Die Sabbati

Ad prandium et ad Cœnam eadem fere dantur q̄ ferijs quartis.

Dieb. Ieiuniorū dantur 4 fercula; duo ex piscib. et duo ex fructib. siue leguminib. et tunc noctu portiuncula panis albioris datur cuilibet cum aliquo pomo ad collationem, aut etiam sine pomo

Ferijs 6tis et dieb. Dominicis non datur eis ienta,culum, quod consueuerint sumere, ex offa uinileta siue cereuisiaria post decantatū summū sacrum parochiæ

Datur etiam illis merenda post uesperas parochiæ decantatas Scyphus cereuisiæ tenuis et portiuncu,la panis ne noceat potus. sed dieb. ieiuniorum et ferijs sextis sollumodo cereuisia illa absq; pane. ſ

Ter in hebdomada .i. dieb. Domin: ferijs 3tijs et 5tis post ordinaria fercula dari potent postpastus ut uocant, aliquid casei, siue fructuum: idq; so,lum in prandio.

ſ Posset credo et hic portiuncula illa panis addi, quemadmodum dieb. alijs, uel bibitis saltem